

cumcisionem vigeant, ut oblationes hostiarum, aspersiones sanguinis hircorum, et vitulorum, purgationes ab immunditiis legalibus per aquam expiationis, consecrationes Pontificum, sacerdotum, et levitarum, esus Agni paschalis, et hujusmodi, prout notat Scotus n. 4. dist. 1. quæst. 6. lit. 3. quæ utique vim justificandi non habebant ex se, nec conferebant gratiam ex opere operato, sed solum ex opere operantis, quatenus pro tempore d. legis fiebant in charitate, et ex obedientia Dei sic præcipientis. Non autem loquitur ibi Apostolus de communi remedio, seu sacramento legis naturæ, nec de ipsa Circumcisione, in quantum erat determinatio quædam illius communis remedii pro populo Hebræo, ut patet ex dictis supra num. 3, 4, 5. Et sic explicandi sunt Patres apparenter nostræ conclusioni contrarii, cum fundamenta suarum assertionum potissimum desumant ex adductis, aliisque similibus Apostoli auctoritatibus.

(20. Nec etiam valet objicere Concilium Florent. sess. ult. in Decreto fidei ad Armenos, ubi sic habet: « Novæ legis sacramenta multum differunt a sacramentis antiquæ legis. Hæc enim non causabant gratiam, sed solum per passionem Christi dandam figurabant. Nostra vero sacramenta, et continent gratiam, et digne suscipientibus eam conferunt; » et Concilium Tridentinum sess. 7. canon. 2. ubi sic definitur: « Si quis dixerit novæ legis sacramenta a sacramentis legis antiquæ non differre, nisi quia sunt ceremoniæ aliæ, et alii ritus externi, anathema sit; » adeoque sacramenta veteris legis non conferbant gratiam ex opere operato, uti sacramenta novæ legis. Non valet, inquam, quia Concilium Florentinum loquitur solum, de supradictis sacramentis veteris legis proprie dictis, non autem de remedio, seu sacramento legis naturæ, nec de ipsa Circumcisione, quæ 400 circiter annis ante legem scriptam fuit instituta, et sic proprie non fuit sacramentum legis scriptæ, sed potius legis naturæ in sensu explicato supra num. 4. Non enim præsumendum est, condemnatos esse in dicto Concilio Augustinum, Gregorium, Innocentium tertium, aliosque Sanctos Patres sub n. 1. allegatos, expressissime docentes id præstitisse Hebræis Circumcisionem, quod præstat Christianis baptismus. Et sic fere eodem modo responderi posset ad canonem Concilii Tridentini. At etiam stante nostra conclusione, quod Circumcisio, et remedium, seu sacramentum legis naturæ deleverit originale peccatum, et contulerit gratiam ex opere operato, ut facit nunc baptismus, adhuc in multis differunt a sacramentis novæ legis, ut patet ex dif-

(1) Bellarminus lib. 2. de Sacram. c. 13. n. 6. putavit a conciliis Florentino et Tridentino fuisse definitum, Mosaica Sacramenta gratiam non conferre ex opere operato. At quæstio non fuit a conciliis Florentino et Tridentino definita. Definitum quidem in illis fuit Sacramenta antiqui fœderis a Sacramentis Novi plurimum differre; in quo vero differunt, non staterunt. Conveniunt autem Theologi ea differre ab invicem quoad ceremonias, faci-

ferentiis adductis sup. a n. 11 ad 14, et sic nihil ponitur contra definitionem Concilii Tridentini.

(21. Circumcisio et remedium, seu sacramentum legis naturæ, imprimebant characterem. Sic Scotus in 4. dist. 6. quæst. 9. in solutione primi, et Scotistæ passim, ac alii contra plurimos alios. Et ratio est, quia Circumcisio fuit verum, et proprie dictum sacramentum deletivum culpæ originalis, et collativum gratiæ ex opere operato, ut patet ex dictis supra n. 1 et 2, eratque janua salutis, ac distinguebat familiam Dei, et Messias a circumcisis, sive explicite, sive implicite crediti venturi, sicut nunc baptismus. Circumcisio enim non tantum instituta fuit ad remittendum originale peccatum, sed etiam ad consignandum Dei populum, illumque distinguendum a cæteris nationibus. Adeoque sicuti baptismus his de causis characterem imprimit, ita a pari dicendum est, quod characterem impresserit etiam Circumcisio, cum utrobique quantum ad hoc par sit ratio. Quod idem per eandem rationem dicendum est de sacramento legis naturæ deletivo culpæ originalis, ac collativo gratiæ ex opere operato; quod sacramentum perseveraverit etiam in lege scripta pro fœminis, ut patet ex dictis supra num. 7, quia alias fœminæ non fuissent æquiparatæ masculis in donis supernaturalibus, si character fuisset impressus in masculis per Circumcisionem, et non in fœminis per dictum legis naturæ sacramentum pro ipsis adhuc perseverans in lege scripta.

ADDITIO EX EDITIONE ROMANA 1767.

(22. Quæ hic tradit auctor de effectu, et efficacia Circumcisionis, eam nempe peccato originis extinguendo fuisse institutam, gratiamque ex opere operato contulisse, non omnibus certe placet theologis, sacrarumque Scripturarum interpretibus. Solis novæ legis sacramentis privilegium competere conferendi gratiam ex opere operato, omnes fere theologii merito sentiunt, cum ab Apostolo ad Galat. iv. vers. 3. veteris legis sacramenta infirma et egena elementa vocentur. Neque irrefragabile putamus Circumcisionem peccatum originale delevisse. Eam fuisse veluti insigne, quo a cæteris gentibus Judaicus populus distingueretur, tradunt omnes Patres tam Græci, quam Latini ante S. Augustinum, nulla de remissione originalis criminis facta mentione. « Gregem Israeliticum, inquit Sanctus Hieronymus lib. 1. in epist. ad Galat. quodam Circumcisionis cauterio denotavit, ut viventes inter Ægyptios, inter Assyrios, Babylonios, atque Chaldaeos hoc signaculo distinguerentur. » Tom. 7. edit. noviss., pag. 224 (1).

litem, numerum, et durationem. Sed de vi gratiæ conferendæ dissentit. Qui Angelicum sequuntur doctorem docent: Veteris legis Sacramenta vi gratiæ conferendæ ex opere operato carere; qui vero S. Bonaventuram sequuntur, volunt Sacramenta veteris legis, non quidem primario et per se, sed secundario et per incidens, vi justificandi esse prædita. Hinc inferunt, Sacramenta nova per se justificant, Sacramenta vero vetera, et præsertim Circumcisionem non

CIRCUMSTANTIÆ PECCATORUM.

Vide verb. POENITENTIÆ SACRAMENTUM, art. 4. num. 100. ad 124.

CIVES.

SUMMARIUM.

1. Civitas multis modis sumitur. — 2. Civitas quomodo sumatur proprie. — 3. Civitas dicitur Civitatem unitam, et definitur. — 4. Urbs sumitur pro ædificiis, et ipso loco mœnibus cincto. — 5. Urbs unde dicta. — 6. In Jure quælibet Civitas potest appellari Urbs. — 7. An in rigore latino Civitas, et Urbs differant. Et assignatur differentia. — 8. Civitas Romana appellatur Urbs per excellentiam. — 9. Oppidum quid. — 10. Oppida unde dicta. — 11. Castrum quid. — 12. Villa quid. — 13. Villicus quid. — 14. Solum late sumpto vocabulo Villæ Civitates vocantur. — 15. In Francia tamen Civitates appellantur Villæ, et Rus Villagium. — 16. Solam illam dici Civitatem, quæ habet Episcopum, sustinent multi. — 17. Plurimi autem alii verius, et melius censent ad essentiam Civitatis non requiri neque Episcopum, neque Cathedralium. — 18. Licet nequeat dari Episcopum, et Ecclesia Cathedralis sine Civitate, potest tamen dari Civitas sine episcopo et Ecclesia Cathedrali. — 19. Et de facto passim videmus plures Civitates non habentes Episcopum. — 20. Civitas occidens suum Episcopum privatur in pœnam dignitate Episcopali. — 21. Occisio tamen debet esse de Episcopo consecrato, non vero de electo, et confirmato. — 22. Dicta pœna an procedat solum, quando occisio processit ex facto Civitatis, vel etiam quando processit ex odio privato aliquorum Civium; ad n. 25. — 26. Cathedralitas ratione occisionis Episcopi non admittitur ipso jure, sed sententiam requirit. — 27. Si Civitas, vel populus occidat Episcopum in sui defensionem, non incurrit pœnam privationis. — 28. Nec incurrit dictam pœnam, si occidat vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ. — 29. Nec si occidat Episcopum, eum non agnoscens. — 30. Si Civitas tentaverit occidere Episcopum, eum vero non occidit, sed solum vulneravit, non amittit Cathedralitatem. — 31. Civitas propter persecutionem, et ejectionem Episcopi a sua Diocesi non amittit Cathedralitatem. — 32. Civitas, quæ auxilium, consilium, aut favorem dederit ad occidendum, seu offendendum Cardinalem, privatur Cathedralitate. — 33. Civitas conspirans contra Summum Pontificem, vel contra Sedem Apostolicam, privari potest Cathedralitate. — 34. Item si tota Civitas labatur in Hæresim, demoliri potest, sicque privari Cathedralitate. — 35. Civitas condemnata ad aratrum, seu ad demolitionem, non potest amplius ædificari absque speciali licentia principis. — 36. Unde Civitas damnata ad aratrum desinit esse civitas. — 37. Civitas tamen privata cathedralitate propter occisionem proprii Episcopi, vel offensionem Cardinalis, appellatur, et remanet adhuc civitas quoad privilegia sæcularia. — 38. Civitas privata cathedrali propter delictum, non privatur diocesi. — 39. An privatio civitatis dignitate episcopali ob occisionem Episcopi sit perpetua, vel temporalis; ad n. 40. — 41. Civitas Atinensis privata fuit in perpetuum ob occisionem sui præpositi. — 42. Civitas triplici modo acquiritur. Primo per nativitatem. Secundo de jure. Tertio per privilegium. Prima dicitur naturalis, seu originaria; secunda domiciliaria, et tertia privilegiativa. — 43. Civitas naturalis, seu originaria plures subalternas habet species, quæ assignantur. — 44. Duplex originaria qualitas in eadem persona concurrere potest, una propria, et al-

nisi per incidens, justificasse. Hæc vero sententia, per se, plures magnosque habet fautores;

tera parentis. — 45. Civitas domiciliaria quæ sit, et quos operetur effectus. — 46. Civitas privilegiativa quæ sit, et a quibus concedi possit. — 47. Licet ad effectum veræ, et naturalis civitatis requiratur nativitas in loco. — 48. Tamen si sequatur nativitas extra patriam originariam occasionaliter, habetur ac si vere, et naturaliter quis natus esset in propria patria. — 49. Originarius, seu oriundus dicitur a nativitate propria, seu paterna. — 50. Secundum jus civile locus originis alicujus est ille, in quo ejus pater natus est. — 51. Civitas acquiritur etiam per spirituales nativitates. — 52. Civitas originis non amittitur ob alterius loci incolatum necessarium, vel occasionalem. — 53. Potest quis acquirere, et retinere duplicem civitatem, unam originis, et alteram domicilii. — 54. Civitas domiciliaria acquiritur decenniali habitatione cum animo tamen perpetuo permanendi in tali loco. — 55. Domicilium quid sit. — 56. In quo differat domicilium ab habitatione. — 57. Non contrahitur civitas domiciliaria per permanentiam in civitate per decem annos; imo nec per triginta in servitio alicujus domini. — 58. Unde cum quis habet animum recedendi ab aliquo loco, licet per mille annos ibi habitaverit, non contrahit domicilium, seu domiciliariam civitatem. — 59. Assignatur præcipua conjectura, et præsumptio propensi animi ad acquirendum domicilium, seu domiciliariam civitatem. — 60. Civitatem domiciliariam potest quis habere in pluribus locis. — 61. Unde potest quis plures civitates retinere, et ex eis privilegia assequi tamquam Civis diversorum locorum. — 62. Civitas legitime acquisita cum habitatione, et solutione onerum, constituit aliquem verum Civem, ita ut possit consequi officia Civibus debita. — 63. Nec amittitur talis acquisita civitas per quandam necessariam, seu occasionalem absentiam. — 64. Nec civitati loci jam quæsita fit præjudicium ex possessione honorum extra territorium. — 65. Civitas privilegiativa generaliter quo ad omnes effectus non conceditur nisi a supremo principe. — 66. Civitates autem subditæ, et domini inferiores solum in suum præjudicium, suorumque subditorum eam concedere possunt; secus autem in præjudicium tertii suum jus ab ipsis independentem metientis. — 67. Unde civitas concessa per civitatem subditam, aut dominum inferiorem, non præjudicat Episcopo, qui solum exigit quædam vectigalia a forensibus, non autem a Civibus. — 68. Civitas privilegiativa concessa per totam Civitatem, seu consilium generale tolli non potest per magistratum particularem. — 69. Civis naturalis, et originarius alicujus loci secundum aliquos dicitur, qui natus est etiam casu, et per transitum in tali loco. — 70. Secundum autem alios verius requiritur ultra suam nativitatem, quod ejus pater ibi habeat domicilium constitutum. — 71. Hinc Legatum v. g. relictum pro puellis originariis alicujus loci non debetur illis, quæ ibi natæ sunt casu, aut per transitum. — 72. Civis originarius, ac naturalis patriæ patriæ dicitur quis, etiamsi natus sit extra patriam originariam occasionaliter. — 73. Civis originarius esse non desinit, qui alibi necessarium, vel occasionale domicilium habet. — 74. Civis domiciliaris alicujus loci dicitur, qui ibi, licet aliunde oriundus, jam per decennium habitat cum animo perpetuo ibidem permanendi. — 75. Potest quis eodem tempore esse Civis domiciliaris plurium loco-

nec ullo pacto fidei adversari videtur. (EDIT. CASIN.)

rum. — 76. Et esse Civis alicujus loci, et habere incolatum, et domicilium in alio. — 77. Ac sic privilegia assequi tanquam Civis diversorum locorum. — 78. Civis ex privilegio dicitur Civis verus, et proprius non minus ac Civis originarius. — 79. Eadem civilitas ex privilegio transit in filios alibi quoque natos, licet de illis non fuerit facta mentio in concessione. — 80. Quamvis princeps per suum privilegium possit creare Civem exterum, non potest tamen facere, ut sit originarius. — 81. Si statutum, seu dispositio aliqua requirat, quod aliquis sit verus Civis, ista verba sunt naturalia, et non possunt verificari in qualitate civili acquisita per rescriptum principis. — 82. Hinc cum statutum, seu dispositio aliqua requirit, ut quis sit verus Civis origine propria, et paterna, excludit legitimum. — 83. Civis ex privilegio, quamvis non habitet in civitate, adhuc tamen gaudet beneficio Civium quoad immunitatem a solutione vectigalium. — 84. Civis ex privilegio etiam creatus cum onere habitandi, civilitatem non amittit, nisi fuerit interpellatus adimplere. — 85. Imo requiritur Judicis declaratio, et quod interpellatus contumax fuerit, et per annum steterit adimplere. — 86. Modus impleri debet per compulsionem ad differentiam conditionis, quæ impleri debet per expulsionem. — 87. Civium appellatione veniunt etiam nati in suburbis præcipue in favorabilibus, et materia utrisque conveniente. — 88. Hinc filius originem habens a patre nato in suburbis, seu villa, in collegium civitatis, vel oppidi, est recipiendus. — 89. Civibus ex privilegio nihil suffragatur privilegium ad effectum successionis, ubi excludantur exteri forenses. — 90. Civis autem ex privilegio admittitur ad beneficium, ad quod vocantur soli Cives civitatis. — 91. Civitas tamen Bononiæ habet privilegium apostolicum, ut ad illa beneficia non possint admitti Cives ex privilegio. — 92. Generaliter loquendo beneficia Civibus potius, quam exteris conferri debent. — 93. Imo si fundator legem imposuit, ut beneficium conferatur solis originariis, et non alienigenis, non potest conferri exteris; ad n. 94. — 95. Beneficium erectum, seu legatum fundatum pro solis Civibus debetur tantum natis in civitate, suburbis, vicis, et districtu, non autem natis in toto comitatu, provincia, seu diocesi. — 96. Et si tali beneficio, seu legato excludantur expresse Cives ex privilegio, isti ad illud non possunt admitti. — 97. Non censentur tamen exclusi Cives nati extra civitatem originariam occasionaliter. — 98. Nec nati in civitate, et alibi necessarium vel occasionale do-

(1. Civitas aliquando sumitur pro populo, aliquando pro situ Civitatis, seu pro loco mœnibus cincto, vel denique pro coadunatione hominum, ut tradunt Bald. *consil. 327. Pridie enim, num. 10. in fine. l. 1. Bartol. consil. 196. Civitati Camerinæ num. 6. l. 1. Frances, de Ecclesiis Cathedralibus c. 4. num. 33. Magnum Lexicon Juridicum Calvin. verb. Civitas, Beyerlinck in Theatr. vitæ humanæ verb. Civitas, et alii.*

(2. Proprie tamen Civitas sumitur pro habitatoribus, et incolis, vel pro ipsa societate Civium, aut jure Civitatis, ac Civium, vel pro constitutione, et ordine populi, ac Civium, cit. *Magnum Lexicon Calvin. verb. Civitas.* (3. Civitas enim dicitur Civium unitas; Glossa in c. *Si Civitas 17. de sent. Excomm. in 6. Fagn. in c. 1. num. 20. de privileg.* Unde Cicero de *Somnio Scipionis* ait: *Nihil est, quod in terris Deo fiat acceptius, quam consilia, cæsusque hominum jure sociari, quæ Civitates appellantur.* Quare Civitatem multitudinem hominum societatis

vinculo adunatam, muris cinctam, Episcopum habentem, a Veteribus sic appellatam definiit cum pluribus Ripol. in *tract. de regal. c. 44. de Regalia creandi Civitates, et Villas, ac Frances loc. cit. num. 34.* Seu Civitas est multitudo hominum societatis vinculo adunata ad simul una vivendum, uti ex Isidoro *lib. 1. Etymolog. eam definiit Joan. Andr. in d. cap. Si Civitas num. 1.* ubi etiam alias recenset definitiones.

(4. Urbs autem pro ædificiis, et ipso loco mœnibus cincto accipitur. Magnum Lexicon Calvin. verb. *Urbs, et cit. verb. Civitas.* (5. Urbs enim dicta est ab *Urbo*, quod est aratrum, cum Urbum, sive Urvum sit curvatura aratri, et urbare, sive urvare, sit arare, aratroque definire, textu expresso in *leg. Pupillus 239. § Urbs, ff. de verb. signific. In condendis enim Urbibus olim Veteres aratro utebantur, quo futuræ Urbis magnitudinem, proportionem, situmque muro cingendum definiiebant. Cœl. Rhodig. lib. 24. cap. 15. Grat. discept. 179. n. 34. Beyerlinck loco cit.*

micilium habentes. — 99. Beneficium seu legatum, ad quod vocantur Cives naturales, et originarii, debetur solum natis in tali loco, non casu, aut per transitum, sed quando pater ibi domicilium habuit, aut est locus, ubi pater natus est. — 100. Et solum in istorum defectum deberetur natis ibi casu, aut per transitum. — 101. Beneficium, seu legatum, ad quod vocantur naturales alicujus loci, potest conferri non solum illius loci originariis, seu oriundis, sed etiam illis, qui per decennium ibidem domicilium habent, licet aliunde originem traxerint, dummodo tamen animum habeant ibi perpetuo commorandi. — 102. Beneficium seu legatum, ad quod vocantur patricii alicujus loci, potest conferri non solum patriciis originariis, sed etiam patriciis domiciliiariis. — 103. Patria est duplex, una originis, altera domicilii. — 104. In dictis et similibus dispositionibus est omnimode investiganda voluntas disponentis, seu erigentis, vel relinquentis, idque perpendendum ex verbis ipsius Vocantis, et qualitatibus vocatorum. — 105. Si testator sub nomine naturalium voluerit solos originarios intelligere, non debent admitti domiciliiarii; et si voluerit comprehendere etiam domiciliiarios, etiam isti, quamvis originem non habeant, debent admitti. — 106. Si vocando originarios voluerit testator intelligere solum de illis, qui nati sunt in loco, ubi eorum parentes habent domicilium, non debent admitti nati per transitum, seu casu in tali loco. Et si voluerit comprehendere etiam ibi natos casu, aut per transitum, etiam isti veniunt admittendi. — 107. Cum hoc tamen ordine, quod habentes omnes qualitates volitas a testatore præferendi sunt habentibus solum aliquas ex ipsis. — 108. Jus civitatis differt a jure civilitatis. — 109. Quidnam sit illud. — 110. Refertur ad regalia Majestatis. — 111. Jus civilitatis quid sit. — 112. Hoc non est de regalibus. — 113. Civilitas tripliciter acquiritur. — 114-117. De civilitate, quæ origine acquiritur. — 118. 119. Num natus ante cooptionem patris in civium numerum pro Cive originario haberi debeat. — 120. Quid requiratur ad domicilii constitutionem. *Remissive.* — 121. Novi domicilii ratio an habeatur, si in fraudem ea mutatio facta sit. *Remissive.* — 122. Quando gaudeat commodis cæterorum Civium receptus decreto Decurionum. — 123. Quomodo receptus rescripto principis. — 124. De commodis, et oneribus civilitati a jure adnexis. *Remissive.* — 125. De modis, quibus amittitur civilitas. *Remissive.*

vinculo adunatam, muris cinctam, Episcopum habentem, a Veteribus sic appellatam definiit cum pluribus Ripol. in *tract. de regal. c. 44. de Regalia creandi Civitates, et Villas, ac Frances loc. cit. num. 34.* Seu Civitas est multitudo hominum societatis vinculo adunata ad simul una vivendum, uti ex Isidoro *lib. 1. Etymolog. eam definiit Joan. Andr. in d. cap. Si Civitas num. 1.* ubi etiam alias recenset definitiones.

(4. Urbs autem pro ædificiis, et ipso loco mœnibus cincto accipitur. Magnum Lexicon Calvin. verb. *Urbs, et cit. verb. Civitas.* (5. Urbs enim dicta est ab *Urbo*, quod est aratrum, cum Urbum, sive Urvum sit curvatura aratri, et urbare, sive urvare, sit arare, aratroque definire, textu expresso in *leg. Pupillus 239. § Urbs, ff. de verb. signific. In condendis enim Urbibus olim Veteres aratro utebantur, quo futuræ Urbis magnitudinem, proportionem, situmque muro cingendum definiiebant. Cœl. Rhodig. lib. 24. cap. 15. Grat. discept. 179. n. 34. Beyerlinck loco cit.*

verb. *Urbs in princ. et verb. Civitas in princ. Frances loco citato num. 27. et 28. Magnum Lexicon Calvin. verbo Urbs.* Et ideo sicuti pro ædificandis, seu definiendis Urbibus aratrum adhibebant, ita etiam in destructione ad aratrum condemnabant, ut eodem, quo definitæ essent Urbes, modo rursus deleterent, everterent, destruerent, juxta *l. Nihil tit. 35. ff. de Regul. jur. et cap. Omnis res 1. de Regul. juris;* sic citati Doctores, et alii.

(6. Licet in jure quælibet Civitas possit appellari Urbs, ut ex text. in *leg. 2. ff. de verborum signific. in leg. 2. Cod. de ædific. priv. leg. præscriptio Cod. de oper. public. et ex Bartol. observant Loaysa de jure univers. 1. part. cap. 2. n. 24. Joan. Andr. in c. Si Civitas 17. de sent. Excomm. in 6. Abbas in cap. 1. de privileg. num. 1. Frances loco cit. num. 34.* (7. In rigore tamen latino Civitas, et Urbs in hoc differunt, quod Civitas incolæ dicuntur, Urbs vero complectitur ædificia; ex Calep. verb. *Civitas; Aristotel. l. 4. polit. et lib. etiam OEconomicar. Beyerlinck d. verbo Urbs vers. Cicero tamen; Frances loco cit. n. 34.*

(8. Civitas Romana Urbs appellatur per excellentiam; ut dicit Abbas in c. 1. de *Offic. Ordinar. num. 5. Frances loco cit. num. 103.* eo modo quo D. Paulus antonomastice vocatur *Apostolus*, quia omnium maxime profuit in Evangelicæ prædicationis semine propagando, ex Barbosa in *Collect. ad tract. in cap. B. Paulus 22. qu. 2. num. 4.*

(9. Oppidum proprie est omnis Urbs præter Romam, quæ peculiari nomine Urbs vocari cæpta est, et cæteræ Urbes vocantur Oppida, ut ex aliis notat Calv. in *suo magno Lexico juridico verb. Oppidum.* (10. Oppida sic dicta fuere, ut refert Isidorus *lib. 15. orig. cap. 1.* vel ab oppositione murorum, vel ab opibus recondendis, vel ab ope, quod contra hostem opem dent, seu apud Jurisconsultos Oppidum nomen accepisse traditur ab ope ferenda, et sustinenda; *l. Pupillus 239. § Oppidum, ff. de verbor. signific. ibi: Oppidum ab ope dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta.* Unde Civitates muris cinguntur, ut ipsorum ope hosti securius resistamus, et ab incursionibus hostium, aliisque malis tuti simus; cit. *Magn. Lexicon. juridic. verb. Oppidum.* (11. Castrum autem dicitur quasi casa arcta, quia non debet esse diffusum, ne tempore guerræ egeat magna custodia hominum, et victualibus. Sic expresse Glossa in *cit. cap. Si Civitas 17. de sentent. Excomm. in 6. verb. Nota primo.*

(12. Villa pro ædificio posito in Rure sumitur; *l. Fundi appellatione 211. ff. de verb. signific. ibi: In usu urbana ædificia, ædes; rustica, Villæ dicuntur, et concordat l. si fundum 81. § 3. ff. de Legatis 1. Frances loco cit. num. 57.* (13. Ex quo Villicus appellatur ille, qui propter fructus percipiendos in rure præponitur; *l. Si cum villico 16. ff. de Institoria actione; Frances loco cit. num. 58.* cum aliis ibi allegatis. (14. Unde solum late sumpto vocabulo Villæ Civitates vocantur, cum proprie Villa ædificium in rure

situm sine muro et vallo dicitur. Cosmas in *pragm. sanction. in Gloss. verb. Villis § Insuper rus; In Eccles. autem tit. de Collat. Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius 16. verb. Et uxorem num. 464. de Testamentis; Frances loc. cit. num. 54.* Hinc ad summum cum Villæ appellantur Civitates, hoc procedit in pusillis Civitatibus, quæ uti Terræ in Italia nudam tantum sui ipsius habent defensionem, et ideo habitatores vocantur rustici, quasi a rure, sicuti habitatores Civitatum appellantur Cives. Guillelm. Benedict. *loc. cit. et Frances loco cit. num. 56.* (15. Quamvis tamen Civitates in Franca Villa appellantur, Rus vero Villagium, ut testantur Cassan. in *Catalog. gloriæ mundi 12. p. cons. 60 paulo post principium, Frances loco cit. num. 59.*

(16. Solam illam dici Civitatem, quæ habet Episcopum, quasi dignitas Episcopalis Civitatem constituat, et Urbem Cathedrali carentem Civitatem appellari non posse sustinent multi, inter quos Bartol. in *l. Si hæres. § 1. ff. de Legat. 1. et in final. col. 2. ff. de Colleg. illicitis, et in Extravag. qui sint Rebelles § Lombardia n. 5. Baldus in l. Ex hoc jure 12. ff. de justit. et jure Cassaneus in *Catalog. gloriæ mundi part. 12. Consil. 60. statim post initium, et alii plures per text. c. In illis 2. dist. 80.* ubi in singulis Civitatibus, in quibus antiqui Flamines erant positi, constitutos fuisse Episcopos a B. Petro docetur, et per text. in *cap. Episcop. 3. ead. dist. 80.* ubi prohibetur ne in Castellis, et modicis Civitatibus constituantur Episcopi, et in *cap. Non debere eadem dist. 80.* ubi interdicitur, ne in Vicis, et Castellis Episcopi ordinentur, et in *cap. 1. de Offic. Ordinar. ubi singularum Urbium Episcopos causas decidere debere statuitur.**

(17. Alii autem plurimi censent, et quidem verius, et melius, ad essentiam Civitatis neque Episcopum, neque Ecclesiam Cathedrali requiri. Ita Abbas in *cap. 1. de priv. ubi late Decius ibidem num. 8. Ripal tract. de Regal. cap. 44. n. 14. et seq. Frances loco cit. num. 75. et seq. testans de communi DD. in l. Ex hoc jure 12. ff. de just. et jur. ubi docent jus creandi Civitates dari independentem a Summo Pontifice, vel Episcopi designatione, et residere apud supremum Principem. Et id desumitur ex eisdem fundamentis adversariorum. Nam ex eo quod in *cit. cap. In illis 2. dist. 80. et cit. cap. 1. de Offic. Ordinar. statuitur in Civitatibus ponendos esse Episcopos, supponitur jam antea fuisse Civitates sine ipsis, et si in *cit. cap. Episcop. 3. ead. dist. 80.* prohibetur ne in Castellis, et modicis Civitatibus constituantur Episcopi, ergo dantur modicæ Civitates, quæ veræ Civitates sunt, et non habent Episcopum. Et per hoc quod in *cit. c. non debere 5. ead. dist. 80.* interdicitur, ne in Vicis, et Castellis Episcopi ordinentur, non sequitur, quod debeant Episcopi ordinari seu constitui in omnibus Civitatibus. Quia licet nequeat dari Episcopus, et Ecclesia Cathedralis sine Civitate, ex quo cum novus erigitur Episcopatus, creaturque in Villa, vel Oppido, prius Civitatis honore decoretur; *Extravag. Salvator 4. vers. Volen-***

tes de Præbend. inter communes, potest tamen dari Civitas sine Episcopo, et Ecclesia Cathedrali, adeoque dantur Civitates sine Episcopis.

(18. Et de facto passim videmus plures Civitates non habentes Episcopum, per text. in cap. Audivimus 4. caus. 3. quæst. 2. et ultra experientiam testantur de pluribus Bartolus, Gratianus, Barbosa, Solorzan., Ripall. Cenedo apud Frances loco cit. num. 78. et alii passim scriptores. Unde Doctores asserentes illas solum dici Civitates quæ habent Episcopum, intelligendi sunt secundum communem usum loquendi, ex quo ordinarius sit, quod unaquæque Civitas suum habeat Episcopum.

(19. Civitas occidens suum Episcopum privatur in pœnam dignitate Episcopali, et regimen committitur viciniore Episcopo; cap. Ita nos 25. caus. 25. qu. 2. cap. Felicis in fine de pœnis in 6. et Clement. si quis suadente, de pœnis, Pittonius part. 4. discept. 108. num. 8. Frances loco cit. cap. num. 6. Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 5. § 7. num. 149. et alii communiter.

(20. Occisio tamen debet esse de Episcopo consecrato, non vero de electo, et confirmato, per text. in l. si nondum, Cod. de furtis, ubi res destinata animo ex voto ut sit sacra, non habetur pro sacra ante consecrationem; Glossa in Clem. si quis suadente, verb. quemvis Pontificem, de pœnis, ibique Panormitan. num. 2. Bald. in l. si nondum num. 4. C. de furtis, Card. de Luca in Miscellan. Eccl. disc. 46. num. 3. Pax Jordan. Lucubrat. tom. 1. prælud. 2. num. 6. Fagnan. in cap. eam te num. 16. et 17. de Rescriptis; Felin. ibid. num. 1. vers. Unde Vitalin. in cit. Clement. si quis suadente num. 7. de pœnis; Frances cit. cap. num. 9. cum pluribus ibi citatis; Pitton. loco cit. a num. 9. cum multis ibi allegatis. (21. Et ratio est, quia pœna privationis Civitatis dignitate Episcopali ob necem Episcopi statuta fuit per Sacros Canones favore Ordinis Episcopalis, nec non consecrationis, non autem ratione Dignitatis, et Jurisdictionis, adeoque locum habere non potest in Episcopo solum electo, et confirmato, seu nondum consecrato, ut notat Ancharan. in cit. Clem. si quis suadente num. 2. in fine, de pœnis, ibi: « Iste textus requirit, quod quis ista delicta committat in Pontifice, etc., non autem in Electo, confirmato non consecrato secundum Glossam. Ista enim constitutio inducta est in favorem Ordinis Episcopalis, etc. Electi autem, confirmati, non consecrati, non sunt Episcopi. »

(22. Dicta pœna non procedit; si occisio Episcopi processerit ex odio privato aliquorum Civium, sed solum quando processit ex facto Civitatis saltem cooperantis per auxilium vel consilium, vel tacite ratificantis necem. Sic colligitur ex supracitatis Canonibus; in allegato enim cap. ita nos 25. caus. 25. qu. 2. supponitur delictum Civitatis, ibi: « Hæc sit reperta Civitas, quæ Præsules ministrantes sibi Fidei Christianæ Sacramenta sine persecutione prosternat, » et inferius hoc ipsum replicatur, ibi: « Vel illa Civitas dum in quos desæviat non habebit, ab hujusmodi temeritate desistat, etc.; » egeat ergo Episcopali-

bus subsidiis sibi met aliunde pensandis, quæ Sacram in suo gremio collocatam fuscè crudeliter maculat sanguine dignitatem. » Et explicat hoc delictum Civitatis alter textus in cit. cap. Felicis, § Civitas de pœnis in 6. ibi: « Civitas vero, etc. quæ talia facienti, vel facientibus, seu præsumptibus, in his consilium, vel auxilium dederit, aut favorem, vel infra mensem saltem taliter delinquentes, prout tanti facinoris enormitas exegerit, et facultas ei adfuerit, non duxerit puniendos, Pontificali, ut supra, sit eo ipso dignitate privata. »

(23. Ex quo textu clarissime infertur, quod pœna privandi Civitatem dignitate Episcopali procedit, quando ipsa Civitas delinquit saltem cooperando in necem Episcopi mediante auxilio, seu consilio, vel ratum habendo delictum, non puniendò, aut puniri non curando delinquentes, ut in individuo quod requiratur necem Episcopi fuisse commissam ad suggestionem Civium, seu populi, tradit Turrecremata in cit. c. Ita nos n. 2. vers. suggest. domest. Civium. Quodque requiratur delictum Universitatis pulsata Campana, et convocato consilio post Gloss. in l. Sicut verb. Non debetur. ff. Quod cujusque Universit. nomine, in subjecta quæstione firmarunt omnes Canonistæ in d. Clem. Si quis suadente, de pœnis, et signanter Vitalin. num. 71. ibi: « Quod est intelligendum, quando Campana pulsata, et convocato Consilio conveniunt, ut delinquant. Joann. de Lignano ibid. ait, quod tunc dicitur Civitas facere, cum homines communicato Consilio, et tractatu habito in hoc faciunt, et sicut corpus, secus si ut singuli, etc. Et per hoc dicit se consuluisse Civitatem Bononiæ non interdictam propter rebellionem factam a quibusdam ut singulis. » Ancharan. ibid. n. 81. Imola n. 4. Joann. Andr. in c. Felicis § Civitas num. 20. de pœnis in 6. ubi alias firmavit: Teneri singulos, et non Universitatem, et late consuluerunt Soccin. et Doctores Collegii Florentini inter Consilia Curtii senior. cons. 20. et 21. per tot. Hactenus Pittonius citat. discept. 118. n. 13. et 14. ubi num. 15 et 16. plurimos alios ad id citat Doctores.

(24. Et hoc ea legali, et naturali ratione, quod pœna suos tenere debet Auctores; leg. Sancimus 22. Cod. de pœnis, cap. Quæsit 2. de his, quæ fiunt a majori parte Capituli; et rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit; c. Cognoscentes 2. de Constitut. l. Gracchus 4. Cod. Ad leg. Jul. de adulteriis, ut in proposito advertit Archidiaconus in citat. cap. Felicis num. 20. de pœnis in 6. neque justum est, ut privatum odium, et privatum delictum ad perniciem publicam Civitatis, quæ non deliquit, convertatur. Quod etiam agnoverunt majores nostri, quibus absonum visum est, paucorum privatorum culpam universorum juri derogare posse, quemadmodum refert Tacitus decisum per Senatam Romanam, et Cæsarem lib. 13. ann. ibi: « Paucorum culpam ipsis exitiosam esse debere, nihil universorum juri derogandum, etc. Hæc sententia valuit, scripsitque Cæsar Senatui, privatim expenderent causam, etc., in commune nihil derogent. »

(25. Non improbabilis tamen est contraria opinio, quod nempe id procedat, etiamsi occisio Episcopi processerit ex solo odio privato aliquorum Civium, et non ex facto Civitatis, ut tenent Belletus disquisit. Cler. part. 1. tit. de favor. Cler. Can. § 1. n. 26. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 8. num. 10. Frances de Eccles. Cathedralibus c. 9. num. 21. Corrad. prax. Beneficiar. lib. 8. c. 8. num. 71. Hojed. de incompatib. Benefic. p. 1. c. 23. num. 113. et alii dicentes, quod licet non omnes Cives peccaverint, et tanti criminis rei non sint adhuc privantur honore, et dignitate Episcopali, quia cum hæc sit pœna temporalis, ideo ex justa causa possunt etiam innocentes eam pati, sicut Interdicti pœnam patiuntur, quæ cum animam non afficiat, ideo etiam innocentes ligat; cap. Sane 11. de Offic. Delegati; cap. Non est vobis 11. de sponsalibus; cap. Si sententia 10. de sentent. Excommunic.

(26. Cathedralitas ratione occisionis Episcopi non amittitur ipso jure, sed sententiam requirit ex Text. cap. In quibusdam 12. § Sacri, de pœnis, nam cum textus in cit. c. Ita nos 25. caus. 25. qu. 2. factum hominis postulet, declaratione indiget, et certum est ipso jure non esse Civitatem privatam, ut in terminis Patroni probat Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 11. num. 268. Frances cit. cap. 9. num. 11.

(27. Si Civitas vel populus occidat Episcopum in sui defensionem, non incurrit pœnam privationis; arg. cap. Si vero 3. de sentent. Excomm. Frances loc. citat. num. 14. Less. de inhibition. cap. 8. § 4. num. 21. (28. Nec incurrit dictam pœnam, si occidat vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, et alio modo mortem evitare non possit; arg. Clem. si furiosus, de homicid. Glossa in cit. c. In quibusdam, verb. Præsumperint. Moneta loco citato num. 258. Marius Itala de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. § 12. Frances. loc. cit. n. 15. (29. Nec si occidat Episcopum eum non agnoscens, utpote quia non indutum habitu Episcopali, sed armatum, et enormibus incumbentem. Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 5 n. 8. in fine. Farinac. in Prax. crimin. par. 4. quæst. 112. num. 127. Frances l. c. n. 16. et 27.

(30. Si Civitas tentaverit occidere Episcopum, eum vero non occidit, sed solum vulneravit, a quo vulnere sanatus fuit, non amittit Cathedralitatem, cum conatus tantum non puniatur pœna ordinaria, sed extraordinaria. Menoch. de arb. l. 2. cent. 3. casu 360. ubi late de hoc; Frances loco cit. n. 25. et alii.

(31. Si Civitas persequatur Episcopum, ita ut eum a sua Diœcesi ejiciat, aut ejicere mandet, aut auxilium ad hoc facinus perpetrandum dederit, non privatur ob id Cathedralitate, sed tantum id facientes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, ut patet in § 11. ejusdem Bullæ, Farinac. in prax. crimin. part. 4. qu. 112. inspect. 2. n. 84 et 130. Suarez de Censur. tom. 5. disp. 21. sect. 2. n. 8. Navarr. in Manual. cap. 21. n. 67. Frances loc. cit. n. 23. et alii.

(32. Civitas, quæ auxilium, consilium, aut

favorem dederit ad occidendum, seu offendendum Cardinalem, privatur Cathedralitate; c. Felicis 5. § Civitas, de pœnis in 6. ubi Gloss. et plures, quos sequitur Farinac. in praxi crimin. part. 4. quæst. 112. inspect. 2. num. 101. Frances loc. citato cap. 4. num. 141. et cap. 9. num. 39. et alii.

(33. Civitas conspirans contra Summum Pontificem, vel contra Sedem Apostolicam, privari potest Cathedralitate; arg. l. Si usus fructus 21. ff. Quibus modis usus fructus amittatur, ubi fit mentio de Civitate rebellii, in qua aratrum immittitur; et arg. cit. cap. Felicis 5. de pœnis in 6. Frances cit. cap. 9. num. 32. et in simili Card. Petra tom. 3. Comment. in Constitut. 9. Innocentii IV. n. 7. et 33. cum pluribus ibi citatis.

(34. Item si tota Civitas labatur in Hæresim, demoliri potest, sicque privari Cathedralitate, ut colligitur ex cap. Si audieris 23. quæst. 5. et notant Gondisalv. de Hæretic. c. 25. per tot. Decian. tract. crimin. l. 5. c. 51. n. 1. Card. Petra loc. cit. n. 8. et 33. Frances cit. c. 9. n. 31.

(35. Civitas condemnata ad aratrum, seu ad demolitionem, non potest amplius ædificari absque speciali licentia Principis. Frances in cap. Felicis 5. de pœnis in 6. num. 4. et cit. cap. 4. num. 145. Gratianus discept. 179. a num. 12. et alii. (36. Unde Civitas damnata ad aratrum desinit esse Civitas, quia tunc mori dicitur, quando Superiorum auctoritate ad aratrum damnatur. Felin. in cap. Dilectus 30. column. penult. post. medium num. 4. vers. secundo in quantum, de Simon. Grat. disc. 217. num. 4. Frances cit. cap. 4. n. 142. et alii, et patet de Carthagine ex leg. Si usus fructus 21. ff. Quibus modis usus fructus amittatur, ibi: « Si usus fructus Civitati legetur, et aratrum in eam inducatur, Civitas esse desinit, ut passa est Carthago, ideoque quasi morte desinit habere usum fructum; » et de Civitate Castri a fundamentis demolita jussu Innocentii X. apud Cardin. Petra l. c. n. 33.

(37. Civitas tamen solum privata Cathedralitate propter occisionem proprii Episcopi, vel offensionem Cardinalis appellatur, et remanet adhuc Civitas, quoad privilegia sæcularia Civitatum, nam cum hæc non dependeat a Cathedralitate, per accidens se habet privatio, vel existentia illius ad privilegia. Bartol. In Extravag. Qui sint rebelles v. Lombardie n. 5. Gratian. disc. 291. num. 37. Frances cit. c. 4. n. 134. cum aliis ibi citatis per text. in cap. Ita nos 25. caus. 25. qu. 2. ubi Civitas privata Cathedrali propter necem Episcopi, Civitas adhuc mansit, et pro tali adhuc appellatur, et per text. in cap. Felicis 5. § Civitas de pœnis in 6. ubi Civitas, quæ auxilium, favorem, seu consilium ad occidendum, vel offendendum Cardinalem dederit, privatur Cathedralitate, et nihil dicitur de Civitate.

(38. Civitas privata Cathedrali propter delictum, non privatur Diœcesi, unde in ea potest Episcopus quidquid antea in Civitate, et Diœcesi exercebat. Et ratio est, quia Civitatis appellatione non venit Diœcesis in acti-